

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput XVII**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

**Q U A D R U P E D U M.** 311  
tetur, si è regione ventris aquam fundas. Nam quia aërem attrahere nequit, cum voce stridula dilatatur. *Rosenbach in Indice*. Vindemiæ tempore vires subit, & botrotum acinos decutit in terram, spinisque excipit confixos. *Plutarch*. Captus tergus urina conspergit, quod corruptitur perfusum. Ob id nonnisi novissima spe, maleficio isto perfungitur. Quippe & ipsi odore insitum veneficium, ita parcentes sibi, terminumque supremum operientes, ut ferme ante captivitas occupet.

## C A P U T XVII. D E E L E P H A N T E.

**E** Lephas peregrinum est apud nos animal. Indis & aliis notissimum & obvium. Certe Palibrotorum regi, nonaginta millia eorum erant: Siamensi duodecim, quatuor ad subitos armata casus. Sub imperio Regis magni Mogor quinquaginta: in Mozambica vero armata eorum vidit *Vartomannus*. Quin & Africa illis gaudet. Nam traditur ab *Appiano Alexandrino* trecenta apud Carthaginem habuisse stabula. Multa de illis stupenda dicuntur, plerique ultra fidem. Collegit in Epistola *Lipsius*; nos ad duo breviter reducemus. Corpus nempe & animam. Quantum ad illud, ingenis est & inter terrestria maximus. Hinc Hebræis in plurali *Behemoth*. Certe turre olim armatorum in prælia ferebant, & innominatus quidam author scribit, dentem ejus se vidisse, ducatis sex & triginta emum longitudine, dodrantum quatuordecim, crastitudine dodrantum quatuor, tanto pondere ut humo tollere non potuerit. *Aldrovand*. In corde os habet eximiæ magnitudinis, quod in jugulato se vidisse scribit *Aldrovandus*. Tres ei vendicat ventriculos *Aristoteles*; duo sunt inventi, qui ducentas viginti quinque æquabant libras. *Vertomannus*. Quantum ad animam magnis ornatur à scriptoribus dotibus. *Christophorus Acosta*, qui Indiam Orientalem diligenter lustravit multa supra fidem de iis. *Nihil certius*

XVI  
I NO.

fris, animale  
ber in cœte sacer  
roci prope n  
de lacum mi  
nre obserua

tius esse ait in regno Malaberquam quod Sermone communis inter se, quin humauam edere vocem adjicit. Erat, inquit, in urbe Cochin Elephas qui operas diurnas prabere solitus ad porrum & re: marinas. Eum forte jam sessum urgebat nihilominus urbi ejus praesectus, ut Liburnicam, quam commovere coperat, deduceret porro in mare. Ille abnuere, instare alter multis blandisque verbis, & ad extremum in gratiam Lustani regis, ut id vellet orare. Hinc (immane dictu) elephas motus; clare haec duo verba ingeminat. Hoo Hoo, quod Malabarum lingua est Volo, volo, ac sine mora navim traxit in mare. Huc pertinet exemplum, quod Romæ accidit. Ludis quibusdam, Tiberio principe, duodecim elephanti theatrum inducti sunt five Circum, induiti floridas & histrionia vestes. Ac primum ad vocem Magistri dividebantur in diversas Circi partes, inter eundum molli & saltatorio gestu intendentes: iterumque ad eandem vocem coibant, & efficiebant saltatorum quandam orbem. Sed & flores spargabant, & carollas, & ad cantum terram pedibus leniter, & numerose pulsabant, & omnia præstabant, quo præstissimi ludionum. Iam iidem (quod in sanum mirum) docti mensa accumbere, cibum, potumque sumere, parte, ordine, modeste, humanum in modum. Letti erant humiles instrati purpura & aulæ: mense ad eos vario & dampfili instrumento: disposita pocula aurea, argentea, minuta, grandia: cibi in lancibus, panu, caro fructus. Ecce, ingressi Elephantes, sex mares, sex fæmina: illi togati, ha: stolatae. Decore & verecunde in lectu se reclinant, mensam accumbunt, tum signo dato in mensam promuscidæ sive manus suæ extendunt: summa modestia cibos capiunt, delibant, non ulla voracissim in illu, non aviditas visa, non maioris meliorisue partis appetitio, præceptio. Denique cum bibendum pateram pueri porrigebant: iisque promuscidæ eandem genialiter hauriebant, & reliqui vieni circumstantes aspergebant, tanquam cottabum facientes. Hæc Lipsius suis verbis sententia Ælianii germana, Ita vero omnia, tanto cum studio addiscunt, ut Plutarchus, & Plinius author sit, quandam tardiores ingenii, & verbis verberibusque male sape accipiunt,

vum, inventum a centum. Eo tandem ut legere ac scribere clare è Maciano, dicile, eaque lingua Latina dicatur, ex Liborio de Sympathiam etiam tu. Nam ab intellectu, mos subtiliter, ac leviter tendi, exultamari per malipsum Amstel.

C A  
DE GL

G Lite tota hy-  
no exposuit as-  
tu resolvuntur. G  
Nam rustici no-  
cedentes occaza-  
quorum apperun-  
furcis impouunt,  
trahunt. Apud  
illecum falta re-  
inflat grata est. G  
nibus: cadentibus  
pani inflat infierunt,  
instaurum, ac preß-  
impletur turcum,  
ripea,

tum, inventum ad lunam gestus illos motusque exercentem. Eo tandem de Elephantibus ascendunt dicta, ut legere ac scribere posse affirmetur. *Plinius* enim elate è Muciano. Quendam Græcas literas pingere didicisse, eaque lingua scripsisse, *Ipsæ ego hac scripti & spolia Celta dicavi*. Ceterum quid de his sentiendum sit, ex *Libavio de intellectu bestiarum*, colligi potest. Sympathiam etiam quandam cum Luna habere videntur. Nam ab interlunio recrescente ex sylva ramos decerpunt, mox sublime ferunt, tandem ad eandem suscipiunt, ac leviter movent. Supplicationem Deæ praetendi, existimari possit. Sed manum de Tabula. Animal ipsum Amstelodami videre nobis contigit.

## CAPUT XVIII. DE GLIRE & GULONE.

**G**lires tota hyeme dormiunt in pilam coacti, sereno expositi aëti, inter manus concalescent spiritu resolvuntur. *Gesner*. Mire in valle Telina capiuntur. Nam rustici noctu cum facibus procedunt, fulgore accedentes occidunt, sic vel manibus capiunt. Poma, quorum appetunt grana, divaricatis alibi ramorum ceu furcis imponunt, sic inferta obfirmataque, commodius evacuant. Apud Rhetos qui Italice loquuntur, caro illorum salsa reponitur, quia dulcis & pinguis suilla instar grata est. *Gesner*. *Gulo* animal est in septentrionalibus: cadaveribus vescitur, & ita quidem, ut tympani instar infletur. Angustas inter atbores ingreditur, inflatus, ac presso ventre sese exonerat, extenuatum impletur tursum. *Michov. l. 2. descript. Sarmat, Europeæ.*

O C A-